



Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. Lvdovici De Ponte, Societatis Iesv, Meditationvm De Praecipvis Fidei Nostrae Mysteriis

Vitae Ac Passionis D. N. Iesv Christi; B.V. Mariae, & aliquorum Sanctorum

Qvae Complectitvr Mysteria Diuinitatis, Trinitatis, & perfectionum Dei: ac
de beneficiis eius in homines, naturalibus & supernaturalibus

Puente, Luis de la

Coloniae, Anno M.DC.XII.

Med. 46. De paterna Dei Prouidentia in vitæ Statibus & Officijs
distribuendis, cuiq[ue] dando eum statum, qui saluti eius magis expedit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-38214](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-38214)

O Rex supreme, si liceret ex terra facere caelum, sanctificando nomen tuum, & faciendo *Mat. 6.*
voluntatem tuam in hac valle lacrymarum, *10.*
 sicut faciunt Spiritus beati in suo paradiso deliciarum! certus enim sum, quod tunc vallis lacrymarum, esset mihi vallis consolationum: & paradysus deliciarum, veniens ad vallem lacrymarum, conuerteret planctum meum in gaudium, & impleret me læticia. *Adueniat Rex meus, regnum tuum ad me; & siquidem tu es mecum in Sacramento, acue fidem meam, & accende me charitate tua, vt te agnoscam ac diligam, ita vt tu regnes in me, & ego fruatur te, regnanst tecum in Regno Patris tui in æternum. Amen.*

MEDITATIO XLVI.

DE PATERNA DEI PROVIDENTIA in distribuendis statibus & officijs, prout cuique expedit magis ad salutem.

PUNCTVM I.

PRI MO considerandum, quodd Deus Dominus noster eminenter sit a noster Pater, geratque hoc munus erga nos infinities *a Mt. 23.9.*
 melius, quàm omnes terreni Patres; qui cum illo comparati, non merentur hoc nomen. ex quo fit, vt non solum creet ac
 gene-

*Tria Cele-
stis Patris
propria.*

*b 1. Corint.
12. 12.*

*c 1. Corint.
12. 18.*

generet nos in Esse naturæ & gratiæ; & in-
troque conseruet ac sustentet medijs modis-
que valde stupendis, vt prædictum est; sed
etiam paterna eius prouidentia curam ha-
beat, vt nos in statu & officio apto & commo-
do ad nostram salutem consequendam, collo-
cet, inspirando, impellendo & alliciendo
vnumquemque ad eum statum, qui sit illi ap-
tior ad hunc finem. Quosdam permouet ad
statum Matrimonij, alios ad statum continen-
tiæ & religionis, alios eligit ad officium Præ-
latorum: *b sicut enim (ait Apostolus) corpus
vnum est, & membra habet multa*, quorum
sunt diuersa munia; ita vult in mystico Eccle-
siæ & ciuilibus reipublicæ corpore, esse plura
membra, & *c vnumquodq; eorum* sicut in na-
turali corpore *posuit, sicut voluit*; ita Diuina
sua prouidentia statuit, vt in mystico essent
quidam homines tanquam capita, qui alios
gubernent, alij tanquam oculi, qui eminerent
in virtute & doctrina; alij sicut manus, qui vi-
tæ actiuæ opera exercerent; alij sicut pectus &
cor, qui veluti occultarent se in secreto vitæ
contemplatiuæ, & vniuiuæ; alij sicut pedes,
qui in seruilibus & humilibus ministerijs oc-
cuparentur, & quoniã Deus nouit vniuscui-
usq; complexionem, ingenium, & facultates
siue talenta; ita prouidentia sua inducit eos ad
statum & officium, eorum naturæ accommo-
datum: nisi homo se subtrahens à directione
& gubernatione Diuina, eligat statum &
officium pro suo arbitratu & apprehensio-
ne,

ne, in malos fines, aut per mala media.
 Ex Hæc veritate bene perpensa, concipiã
 magnã gratitudinem erga Deum Dominum
 nostrum, pro paterna hac sua prouidentia: in
 qua re tamen duo sunt aduertenda. *Primum*,
 vt si necdum elegerim statum vitæ, recurram
 ad ipsum Deum, serioq; illum ab eo petam,
 adhibitis interim medijs licitis, quæ non de-
 clinent à Diuina ipsius prouidentia: illa enim
 statû & officium illud mihi designabit, quod
 expedit mihi per talia media, si meam fiduciã
 in ea ponam: quòd si media, quæ ego apta esse
 existimo, non sufficient, sciet bene ipsa alia
 adhibere, vt quod intendit, assequatur. cuius
 rei admirãda exempla sunt in scriptura, qua-
 lia sunt matrimonium Isaac cum Rebecca,
 Tobie cum Sara per Angelum Raphaëlem; e-
 lectio Ioseph, vt esset Vice-Rex Aegypti; &
 Dauidis, vt esset Rex Israël.

QVOD si iam in statu aliquo ex prouiden-
 tia Diuina sum constitutus, quieto omnino
 animo me esse decet, & confidere, me per il-
 lud medium, consecuturum æternam vitam;
 siquidem in eum finem Deus me ad illum sta-
 tum vocauit. Quod si status ille aut officium
 sit vile, non propterea erubescam, nec existi-
 mabo me quasi derelictum: sicut è contra si
 fuerit officium altum, non me inaniter
 efferam, sed vt ait Apostolus, *d vnus-*
quisque in qua vocatione vocatus est, in ea
permaneat, siue seruus, siue liber, siue

I.

II.

d 1. Corint.
7.20.

magnus

magnus, siue paruus. si status & officium sit magnum, in eo permaneat in humilitate; si paruus, in magna fiducia, præstat enim esse pedes in Ecclesia, & ire postea ad cælum; quàm esse caput, & descendere ad infernum. Quare exulta, anima mea, in Deo tuo: *e in cuius manibus sortes tue sunt*; & quamcunque ille tibi dederit, accipe cum læticia. fors enim status & officij, quod ille tibi destinauerit in hac vita, dirigitur à Diuina prouidentia, vt obtineas gloriæ & beatitudinis sortem in futura.

c *Psal. 30.*
16.

PUNCTVM II.

DEINDE consideranda est suauitas Diuine prouidentia, in statuum & officiorum distributione, quæ eminent in vna re ita propria Dei, vt nullus sit princeps, nec monarcha, qui eam possit adhibere. quia enim Deus est vniuersalis gubernator totius mundi, valdeque gloriatur, se *a à sine vsq; ad finem attingere fortiter, & disponere omnia suauiter*, distribuit hominib. inclinationes & propensiones, ad diuersos status & officia, adeo admiranda suauitate, vt nullû sit officiû etiam grauissimû & leuissimû, ad quod aliqui nõ sint vehementer propensi; etiamsi aliud nihil eos ad illud impellat, quàm sola indita eis propensio. imo etiam filij eorundem parentum, & vterini fratres, quales fuerunt *b Esau & Iacob*, diuersas omnino & valde repugnantes à natura propensiones habere solent. Nam vt figulus, ex eadem luti massa facit vasa va-

a *Sapi. 8.1.*

b *Genes. 25.*
25.

riarum

riarum formarum, quæ ad diuersa ministe-
ria destinantur, & ex eadem seminali materia,
fiunt diuersa membra eiusdem corporis, in
quo varias habent formas, & varia munia ex-
ercēt; ita Diuina sapientia & Omnipotentia,
ex eadē generis humani massa, producit vari-
os homines, cū diuersis propensionibus, ad mu-
nia & occupationes diuersas: quo nomine
plurimā illi gloriam dabo; attendens, quòd
omnes huiusmodi propensiones cedant in
meam vtilitatem; vt videlicet sint, qui de-
lectentur, me in bello defendendo, alij me
in pace gubernando, alij colendo terram,
alij vestes conficiendo, alij faciendo alia, qui-
bus ego indigeo. vt enim ait Apostolus, c
si totum corpus esset oculus, quis posset ambu-
lare? & si totum esset pedes, quis aspiceret?
& si esset lingua, quis ambularet? & si esset
manus, quis loqueretur? Sicut ergo omnium
membrorum munia, etiam si varia, ad vnus
tamen corporis vtilitatem conducunt; ita
varij status & officia hominum, & eorum ad
ea propensiones, commodum mihi adferunt;
ideoque tanquam de proprio meo officio,
gracias Deo agere, gloriamque ei reddere par-
est; qui sua prouidentia, tantam propensionū
varietatē hominibus distribuerit; & iuxta hoc
meritò attendā bonā propensionē, quā mihi
Deus est largitus; vt illa vtens, illum statum
& munus subeam, quod bonæ illi propensi-
oni est conforme, gracias largitori agens,
quod ita suauiter me gubernet, nec velit me

c1. Corin.
12. 17.

violenter trahi ad aliquod officium vel statum, in quo viuam tanquam remigando; præcipue si status aut officium sit diuturnum, aut duret per totam vitam.

d Galat. 6.5.

O Pater amantissime, gratias tibi pro ea suauitate, qua homines gubernas, iucundum his faciens onus, quod alijs est permolestum; vt d *vnusquisque onus suum* faciliè iucundèque *portet*, & omnes mutuo se cum lætitijs iuuent. Id mihi quæso concede Domine, vt ad meum onus portandum, ira ego me accommodem, vt sim utilis meis proximis, sicut eosdem utiles mihi esse cupio.

II.

DEINDE in eadem ipsa Diuinæ prouidentia suauitate est perpendendum, quod si nobis desit naturalis propensio ad statum & officium, quod vult nobis imponere, det nobis liberaliter supernaturalem propensionem, medijs inspirationibus & illustrationibus Diuinis, quæ tot rationes vtilitatis & couenientia manifestare solent in eo statu & officio esse, vt, quamuis alioqui arduum illud sit ac difficile, iucundum reddant ac facile. Et ita nos docet experientia, quod multi propter huiusmodi Diuinam inspirationem & impulsam, inclinent vehementer ad seculum deserendū, amplectendum verò statum religiosum, aut officium permolestū & abiectum; id quod facient maiori sua voluptate, quàm alij amplectantur status & officia iucūdiora & faciliora ipsi nature & carni;

quia

quia gratia Dei abunde supplet; quod naturæ deest.

III.

QVOD si quando Dominus Deus noster, non det hanc inclinationem & sensibilem delectationem in electione status; ad minimum dat rationes aded efficaces, vt omnino intellectum conuincant, & faciant iudicare, conuenire sibi, talem statum amplecti, quem voluntas certo firmoque decreto acceptat & amplectitur, vincens superiori Spiritûs lumine naturalem omnem repugnantiam & horrorem.

O Deus animæ meæ, in manus tuas meorum proijcio, fidentis Diuinæ prouidentia, quod sis daturus etiam delectationem & consolationem in officio aut onere ferendo, quod mihi volueris imponere. Quod si caro eâ iucunditatem ac delectationem non senserit, quam appetit; satis mihi erit, quod eam percipiat Spiritus; hanc reputans magnam & propriam iucunditatem, amplecti & facere, quod tibi arridet. Hæc mea sit, Domine, vnica propensio, in omnibus sequi tuam voluntatem in æternum. Amen.

PUNCTVM III.

TERTIO consideranda est eiusdem prouidentia Diuinæ efficacitas, in prospiciendo de auxilijs sufficientibus, ad ferendū statū & officiū, quod ipsius directione suscipitur

III

quia nemini aliquid mandat, quod illi sit impossibile; nec onus grauius imponere vult, quam possit is ferre, iuxta vires quas habet, & facultates gratiæ, quas Deusei tribuit. Ideoque coniugatis ad ferenda Matrimonij onera & sui officij, specialem dat gratiam per Sacramentum Matrimonij; & Sacerdotibus, ad ferenda onera sui officij, dat Spiritum Sanctum per Sacramentum Ordinis; & Religiosis dat gratiam, iuxta onera Religionis quam profitentur; Prælati & aliorum gubernatoribus, dat etiam sufficientem Spiritum ad illam gubernationem. & quò illa grauior est ac difficilior, eò copiosior Spiritus datur. Vnde cum Deus Moyfi abstulit partem gubernationis plebis, dixit; *a auferam de Spiritu tuo, tradamq; septuaginta senioribus vt sustentent tecum onus populi*: quasi ei diceret; tantam ego tibi gratiam & facultatem dabam, vt totum onus ferre posses; cum autem partem huius oneris alijs dari velis, ego partem eius Spiritus & facultatis, quam soli tibi dabam, à te auferendo, illis communicabo, vt portare possint ipsi partem oneris, quod subeunt. Ex quo fit, vt æquè mihi sit facile ex Diuina prouidentia, duplicatum onus ferre, atque simplex. nam ad duplicatum ferendum, duplicatas quoque vires dabit. quare magno feruore licebit mihi illud Psalmi Deo nostro dicere: *b proba me Domine & tenta me: virenes meos, & cor meum: impone mihi onus officiorum & laborum pro tuo libitu; quoni-*

*a Nume. 11.
17.*

b Psal. 25.2.

am

Am misericordia tua ante oculos meos est semper: & complacui mihi in veritate & fidelitate tua, ob quam sum certus, quod aucturus sis gratiam & vires, si onus auxeris, & labores.

EX HIS quæ sunt dicta intelligam, periculosissimum esse, statum suscipere contra Dei voluntatem, & per media alioquin prohibita. Nam hoc est abscindere filum mediorum, quæ Diuina prouidentia ad animæ meæ salutem disposuerat. quare omnes errores, qui in illo statu mihi euenerint, mihi tribuentur; dignumque me constituam, cui Deus non det vires & gratiam, ad ferenda onera quæ ego ipse sponte mea contra ipsius voluntatem suscepi; ideoque succedet mihi, quod Christus D.N. dixit: *c omnis plânta- c Matt. 15.
tio, quam non plantauit Pater meus caelestis, 13.
eradicabitur.* quo ramen non obstante, quando error est iam factus, nec habet remedium, propterea quod status sit perpetuus, aut ob aliquam aliam causam, non debeo desperare de Diuina misericordia; cuius adeo est infinita charitas, vt, quando aliquis ex via illa recedit, qua ipse illum paterna sua prouidentia ducere statuebat; scit, potestque alia ratione eum reducere ad viam vnde exiuerat, educens bonum ex malis; & ex erroribus id, quod sit rectum; modò facti pœnitens, sicut alter filius prodigus, redeat confidenter, ac se in eius manus proijciat, qui neminem ad eas recurrentem repellit, aut deserit.

Monita ad status electionem faciendam posita fuerunt in. 3. parte Meditatione. 7. & 8.

MEDITATIO XLVII.

DE PROVIDENTIA DEI
circa institutionem status Religio-
si, & Varietatem Institutorum;
aliquorumque ad eavo-
cationem.

PUNCTVM. I.

CONSIDERANDVM est pri-
mo, providentiam Diuinam
statuisse, vt intra suam Ecclesi-
am essent domus & familie Re-
ligiosorum, Diuino ipsius cul-
tui mancipiorum; idque ob altissimos &
præstantissimos fines, quorum præcipuos hic
perpendemus

I.

S. Tho. 2. 2.
q. 186.

PRIMVS est, vt ipsa Religio sit *sebola*
Christianæ perfectionis, quæ in perfecta cha-
ritate, & coniunctione cum Deo, & cum
proximis consistit, reiectis rebus omnibus, quæ
quo quomodo ab ea retrahunt, quò præcep-
tum dilectionis, maxima qua fieri poterit per-
fectione, impleatur. Quare ipsa Religio est
etiam domus charitatis: est enim a *generatio*
querentium Dominum, & faciem eius, & locus
b fratrum habitantium in vnum; congregatio
c. Ecclesi. 3. 1. & c. *Ecclesia filiorum sapientiæ; quorum natio*
& conditio est obedientia & dilectio.

a Psal. 23. 6

b 132. 1.

c. Ecclesi. 3. 1.

HINC